

іраціє.

7 sehr schön

* ~~Verki~~ Zp. egerci

curia
11

52
 nobil'

604p

तन्त्र

taula, der meiste
mit einem Glasfenster
Zierte, am Anfang der Tische,
und auf der Altarstange.
Es wurde das verfertigt.
Die Tische blieben gelblich.

omnibus possessionibus dota-
 lici sui eiecerunt. Sed et
 ipsa beata femina in igne
 tante tribulationis et tam re-
 hementissime persecucionis
 per vicium impacione non
 est consumpta, sed probata,
 ita ut dicere posset cum psal-
 mista: Igne me examinasti
 et non est inuenta in me
 iniquitas. Audite quid beata
 illa egerit. Intrans ciuita-
 tem sub castris vitam intra-
 uit in pauperem domum, in
 curia eiusdam tabernarii,
 in qua erant vasa et supellex
 euyronis, et in qua iacuerant
 porci illius, in qua illa nos-
 se fuit in multa iocundita.
 Scilicet nobilis illa filia regis.
 In malatinis vero surgens
 post median noctem ibat
 ad fratres quinos in eodem
 oppido manentes, petens
 ab eis quatinus se Deum
 laudamus decantarent, gra-
 cias agens deo pro sua tribu-
 latione. Sequenti die cum
 nullus diuitum timore perse-
 cutorum ejus auderet eam hospi-
 cio colligere ipsa cum ancillis
 suis intrauit ecclesiam ^{in qua} ~~ubi~~ tam-
 quam advena et despecta diu
 sedet. Allati sunt paruuli ejus
 de castris ad quos ejusdem
 oppidi dominium specta-
 bat, in maxima frigoris